mercede dumtaxat conquestaret Et
igitur propter se virtutes diligende sic
tamen propter aliud tantummodo querunt sed
in mercato bono solum referantur
Unde Seneca libro primo de clemencia
Recte factorum i. operum virtuosorum
verus fructus in ipsis est nec ullum
precium virtutum dignum illis extra ipsas est
quod de precio creato accipiendum est
Et idem Seneca libro de beneficiis
rerum honestarum precium in ipsis est
Unde plinius in epistola ad katulum
Magnitudo animi nichil ad os-
tentacionem sed omnia ad conscienciam
refert recteque facti non ex populi
sermone mercedem sed ex facto petit
Illi ergo virtutes fortassis non habent
qui ex operibus mercedem temporalem
expectant Unde Tulius in dyalogo
ad hortencium Nulla quidem virtus
esse potest nisi gratuita Nam si mer-
cede aliqua ad officium impellitur
Non virtus sed fallax quedam imitacio
ac simulacio virtutis libro primo de legibus
Idem Tulius Ipsum quoque iustissimum
est iusticie mercedem non querere
Et Claudianus in manlio producit
non empta fides nec pectora mer-
cedes alligat ipsa quidem virtus
precium sibi sola que late fortune secura
nitet nec fascibus ullis erigere
plausu nec petit clarescere vulgo
Non querit precium vita quidem
amori Gaudia premissi cumulant
inopina dolores Preterea dolor igitur
multorum opera suspicione non caret
qui bene agere secreto non curat sed
palam ideo bonum faciunt ut laude
fruantur publica fortunaque indi-
proferunt virtuti Unde Ovidius libro
de ponto Nunc tamen fortuna stat
caditque fides Nec facile invenies
multis in milibus unum Virtutem
precium qui putat esse suum Ipse de-
cor recti facti si premia desint
Non movet et gratis penitet esse
probum Nil nisi quod prodest
carum est menti vivorum Spe
fructus quidem nemo petendus erit
Et subdit Sponte sua probitas
officiumque iuvat Mercede caret
ipse petenda est Extremis utique in
comutata bonis Inquit ergo de-
lectabile est si quis ea faciat
que virtuosa videntur et ex desiderio
premii temporalis operum suorum fructum
perdat Dolendum est enim quia nunc
virtute complectitur premia si tollas
ut inquit Iuvenalis libro quarto
Nichilominus tamen virtus dicitur fortune pre-
esse nec est appetenda virtus ut
fortune munera succedat Unde Tu-
lius in Rethorica secunda Sola igitur
virtus in sua potestate est omnia
que preter eam sub ~~ut~~ fortune sub-
iecta sunt dominacione Nam divicie
virtutis pedissequae sunt Ille quidem
liber estimandus est qui nulli tur-
pitudini servit Si ergo omnes cupi-
unt homines liberi fore cur virtu-
tibus abiectis divicias similes pro-
ferunt Sic enim agere maxima
sapiencia est quia testante Tulio
de paradoxis Omnis sapiens liber
Omnis stultus servus Quid est
libertas. potestas vivendi ut velis

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0036
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg